



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

in cœlo, super me peccatore, pœnitentiā agente. Nam superiores conversiones meæ ad te, firmitatis parum habuerant; ac bene vivendi disciplinam voto magis ac voce, quam vita prosecutus eram. Tum multo magis quam antea cœpisti mihi dulcescere, dulcedo desiderabilis, voluptas amabilis, latitia incomparabilis; adeo ut, si quando mihi necesse esset spectaculis publicis interesse, vel aliquem divitiis aut honoribus præditum cernere, vel si quando aliqua mihi spes dignitatum vel opum objiceretur, nausearet anima mea super cibis istis levissimis, qui esurientes non replent, sed inaniores, quam fuerint antea, dimitunt, nec sustinem eum eos aspicere. te solum panem vivum, panem Angelorum, palato cordis mei suavem ac dulcem experiebar; te solum fontem aquæ vivæ sitiebam. Quotidie, pœnæ causa, corpus meum verberabam, sæpe etiam cilicio domabam; eleemosynas in pauperes, prout facultates meæ ferebant, erogabam; jamque eo amoris vinculo tibi devinctus videbar esse, ut auderem cum Apostolo tuo dicere. *Quis me separabit à caritate Christi?* tribulatio? an angustia? an famæ? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?

C A P. XXVI.

Quid? non te diligarem, amor meus? non in oculis ferrem? non omnibus rebus anteponerē, cui ita me carum esse sentire, à quo tanta ac tam diligens, ad me quærendum, inveniendum, castigandum, reducendum, sanandumque, sine aliqua spe emolumentorum ac præmii, data opera esset? Quid multa? ita complures annos, & in his bonam florentis ætatis meæ